11

1497 19 genuaro

Cremona

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Inditione prima die decimo nono mensis Januarii in domo habitationis mei notarii infrascripti sita in vicinia sancti Donati Cremone presentibus domino Petro de Bragayns, fratre Michaele de Bosellis de Ossolario [illegible] ordinis sancti Francisci et Cabrino de Vetomasso testibus notis idoneis ad hec adhibitis vocatis et rogatis. Ibique venerabilis vir dominus Johannes de Bosellis de Ossolario filius domini Christofori rector parochialis ecclesie curate sanctorum Sisti et Liberate loci Gomedi diocesis Cremonensis habens licentiam et facultatem ab Illustrissimo domino domino nostro duce Mediolani etc. faciendi infrascriptam renunciationem per litteras ducales patentes signatas Jacobus Antiquarius ducali sigillo magno sigillatas, quarum visas et lectas tenoris infrascripti: Ludovicus Maria Sfortia Anglus dux Mediolani etc. Papie Anglerieque comes ac Genue et Cremone dominus. Postulaverunt a nobis venerabiles prior et fratres Monasterii sancti Hillarii de suburbiis nostre Cremone ordinis sancti Hyeronimi Jesuati nuncupati, ut cum venerabilis dominus Johannes rector ecclesie sanctorum Sisti seu et Liberate vici Gomedi diocesis Cremonensis in animum induxerit renunciare ecclesie predicte redditus annui ut asserunt ducatorum triginta, eo animo ut deinde transferatur in ipsos fratres seu uniatur predicto Monasterio sive congregationi dicti ordinis, consensum nostrum prestare velimus, cum id preter ordines et decreta nostra fieri possit. Nos vero tum ob studium quod gerimus erga predictos religiosos tum quia speramus divinum cultum in huiusmodi ecclesia non solum ab eis conservatum verum etiam auctum iri, eorum petitioni annuendum duximus. Itaque tenore presentium quatenus ad nos attinet predicto domino Johanni facultatem concedimus renunciandi huiusmodi ecclesie si eam pacifice tenet possidet prioratus aut fratribus eandem deinde acceptandi atque transferri sive uniri faciendo predicto Monasterio sive congregationi super quo hac re obtinendi tam a sede apostolica sive a quibuscumque aliis auctoritatem habentibus quicquid oportunum fuerit, modo huiusmodi renuntiatio et translatio sive unio fiant intervenientibus debitis auctoritatibus ac sollennitatibus, sineque fraude et preiudicio iuris cuiusque, atque solitus divinus cultus in dicta ecclesia conservetur et onera eiusdem ab predictis fratribus sustineantur, dantes atque idoneis quibus novimus opportuna et necessaria infra super hac re consensu libere et impune, decretis et ordinibus nostris in contrarium non obstantibus. Datum Mediolani sub fide nostri sigilli die xx. octobris 1497. Sponte et ex certa animi scientia et nullo ut ibidem dixit iuris vel facti errore ductus, et non vi dolo neque metu, sed spontaneis et deliberatis proposito voluntate et mente non revocando aliquem suum procuratorem sed potius confirmando, fecit et constituit creavit deputavit et sollemniter ordinavit suos procuratores actores negotiorumque gestores ac certos veros et indubitatos nuncios speciales et irrevocabiles et quod eorum et prout de iure melius dici fieri et esse potest, venerabiles viros fratrem Laurentium de Bavia visitatorem ordinis seu congregationis pauperum domini nostri Jhesu Christi ordinis sancti Hyeronimi Jesuatorum nuncupatorum, fratrem Theodorum de Cipro ordinis eiusdem rectorem Monasterii sanctorum Johannis et Pauli de urbis Rome licet absentes tamquam presentes, necnon fratrem Angelum de Gambertis de Cremona rectorem Monasterii sancti Hillarii Cremone ordinis eiusdem ibi presentem et mandatum huiusmodi in se sponte suscipientem et acceptantem, et quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis conditio melior non existat, et quod unus eorum inceperit alius et alii prosequi et mediare valeant et finire, specialiter et expresse ad pro ipso constituente et eius loco vice et nomine comparendum et se presentandum coram sanctissimo in Christo patre domino domino Alexandro divina providentia papa sexto aut Reverendissimo domino domino vicecancellario suo, et quocumque alio superiore auctoritatem potestatem habente, et in eorum sive alterius eorum manibus vel alterius potestatem habentis renuntiandum dicte ecclesie parochiali et curate sanctorum Sisti et Liberate cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et omni iure sibi in eadem quomodolibet spectanti cedendum resignandum et renunciandum pure mere et simpliciter, ad effectum quod dicta ecclesia cum iuribus et pertinentiis suis uniatur perveniat et de ea providentur prefatis dominis pauperibus Jhesu Christi Jesuatis nuncupatis seu eorum congregationi et ipsa ecclesia transferatur in ipsos pauperes seu uniatur Monasterio sancti Hillarii Cremone sive congregationi dicti ordinis prout magis expediens visum fuerit, et non aliter nec alio modo. Reservatis tamen eidem domino Johanni rectori toto tempore vite sue fructibus redditibus et proventibus ac emolumentis ecclesie predicte, et cura ipsius ecclesie per ipsum dominum Johannem quo advixerit gerenda et exercenda, et hoc toto tempore vite sue. Et ea lege et conditione quod post mortem ipsius domini Johannis dicta ecclesia cum iuribus et pertinentiis suis et onere cure predicte remaneat prefatis dominis fratribus seu pauperibus libere et pleno iure, quam curam ecclesie predicte successive fratres exercere possint et debeant per aliquem dicte congregationis qui sit presbiter idoneus vel alium presbiterum secularem seu regularem amovibilem ad eorum nutum et voluntatem. Et hec omnia cum clausulis et sollemnitatibus ac derogationibus debitis solitis et opportunis. Et ad iurandum ad sancta dei evangelia tactis scripturis corporaliter in animam prefati domini Johannis constituentis quod huiusmodi cessionis resignationis et renunciationis prextu non intervenit nec intervenire debet aliquis dolus fraus simonia nec aliqua alia illicita labes pactio vel conventio. Et generaliter ad omnia alia et singula dicendum faciendum exercendum et procurandum que necessaria fuerint et utilia in predictis et quolibet predictorum tam de consuetudine quam de iure, etiam si talia forent que mandatum exigerent magis speciale, et que ipsemet constituens per se dicere facere et exercere posset si premissis adesset. Dans et concedens dictus constituens dictis procuratoribus suis et cuilibet eorum in solidum in premissis et circa ea plenum liberum et generale mandatum et plenam liberam et generalem administrationem et speciale et specialem ubi requiritur in hiis omnibus et singulis supradictis, et que ad ipsa et quodlibet ipsorum quomodolibet spectant et pertinere noscuntur tam de consuetudine quam de iure. Necnon promittens dictus constituens mihi notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest seu interesse posset et poterit in futurum, ac iuravit super pectus suum se semper et omni tempore firmum ratum et gratum habere et tenere ac attendere et observare totum quicquid per dictos procuratores suos et quemlibet eorum in solidum in premissis et circa ea dictum factum et procuratum fuerit atque gestum. Et dictum mandatum non revocare et non contrafacere vel contravenire sub ypotheca et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum. /./

Ego Antonius de Vetomasso civis Cremone publicus imperiali auctoritate notarius ac de collegio notariorum dicte civitatis predictis interfui. Et hanc cartam rogatus tractavi et imbreviavi, ipsamque ad complendum et finiendum iussi Cabrino de Vetomasso notario dedi, et commisi. Et in testimonium premissorum me subscripsi. /. ~

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 7 (162)

Ego Cabrinus de Vetomasso civis Cremone publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam rogatam tractatam et imbreviatam per prefatum Antonium de Vetomasso notarium, de mandato eius scripsi et imbreviaturis ipsius Antonii notarii propriis complevi et subscripsi. Et in testimonium premissorum me subscripsi. /./

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1805201573-13/fragment/page=0001
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1805201573-13/fragment/page=0002

11

1497 19 gennaio
Cremona
~~162~~

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo Inditione prima die decimo nono mensis
Januarii in domo habitationis mei notarii infrascripti sita in vicinia sancti donati Cremone presentibus domino petro de bragays fratre michaele de bosellis de
ossolario [illegible] ordinis sancti francisci et Cabrino de octomaffo testibus notis idoneis ad hec adhibitis vocatis et rogatis. Ibique venerabilis vir dominus
Johannes de bosellis de ossolario filius domini christofori rector parochialis ecclesie curate sanctorum Sixti et Liberati loci Gomedi diocesis Cremonensis habens
licentiam et facultatem ab illustrissimo domino domino nostro duce mediolani etc. faciendi infrascriptam renunciationem per litteras ducales patentes signatas Jacobus antiquarius
ducali sigillo magno sigillatas ibidem ostensas visas et lectas tenoris infrascripti videlicet: Ludovicus Maria sfortia Anglus dux mediolani etc. papie Anglerieque
comes ac Genue et Cremone dominus. postulaverunt a nobis venerabiles prior et fratres monasterii sancti hillarii de bus[?] nostre Cremone ordinis sancti Hyeronimi Jesuati nuncupati, ut cum venerabilis
dominus Johannes rector ecclesie sanctorum Sixti seu [illegible] Liberate vici gomedi diocesis Cremonensis in animum induxerit renunciare ecclesie predicte redditus annui ut asserunt ducatorum
triginta, eo animo ut deinde transferatur in ipsos fratres seu uniatur predicto monasterio sive congregationi dicti ordinis, consensum nostrum prestare velimus, cum id per ordines et decreta
nostra fieri possit. Nos vero tum ob studium quod gerimus erga predictos religiosos tum quia speramus divinum cultum in huiusmodi ecclesia non solum ab eis conservatum verum
etiam auctum iri, eorum petitioni annuendum duximus. Itaque tenore presentium quantum ad nos attinet, predicto domino Johanni facultatem concedimus renunciandi huiusmodi ecclesie
si eam pacifice nunc possidet, priori autem et fratribus eandem deinde acceptandi atque transferri sive uniri faciendi predicto monasterio sive congregationi, super quo hac re obtinendi tam
a sede apostolica sive a quibuscumque aliis auctoritatem habentibus quicquid opportunum fuerit. Modo huiusmodi renunciatio et translatio sive unio fiant intervenientibus debitis auctoritatibus
ac sollemnitatibus, sineque fraude et preiudicio [illegible] cuiusque atque solitus divinus cultus in dicta ecclesia conservetur et onera eiusdem ab predictis fratribus sustineantur, volentes
idoneis quibuscumque nostris opportuna et necessaria fieri super hac re consensum libere et impune, decretis et ordinibus nostris in contrarium non obstantibus. Datum mediolani
sub fide nostri sigilli die xx. octobris 1497. Sponte et ex certa animi scientia et nullo ut ibidem dixit iuris vel facti errore ductus, et non vi dolo neque metu sed
spontaneis et deliberatis proposito voluntate et mente, non revocando aliquem suum procuratorem sed potius confirmando, fecit et constituit creavit deputavit et sollemniter
ordinavit suos procuratores actores negotiorum gestores ac certos veros et indubitatos nuncios speciales irrevocabiles et quod eorum et prout de iure melius dici fieri et esse potest, venerabiles
viros fratrem Laurentium de bavia visitatorem ordinis seu congregationis pauperum domini nostri Jhesu Christi ordinis sancti Hyeronimi Jesuatorum nuncupatorum, fratrem Theodorum de
cipro ordinis antedicti rectorem monasterii sanctorum Johannis et pauli urbis rome licet absentes tamquam presentes. Necnon fratrem Angelum de gambertis de Cremona rectorem Monasterii sancti
hillarii Cremonensis ordinis antedicti ibi presentem et mandatum huiusmodi in se sponte suscipientem et acceptantem, et quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis conditio melior non existat
et quod unus eorum inceperit alius et alii prosequi et mediare valeant et finire, specialiter et expresse ad pro ipso constituente et eius loco vice et nomine comparendum et se presentandum
coram sanctissimo in Christo patre domino domino Alexandro divina providentia papa sexto aut reverendissimo domino domino vicecancellario suo, et quocumque alio superiore ad hoc potestatem habente et in eorum sive
alterius eorum manibus vel alterius potestatem habentis renunciandum dicte ecclesie parochiali et curate sanctorum Sixti et Liberate cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et omni iuri
sibi in eadem quomodolibet competenti cedendum resignandum et renunciandum pure mere et simpliciter ad effectum quod dicta ecclesia cum iuribus et pertinentiis suis uti pervenial
et de ea providetur prefatis dominis pauperibus Jhesu Christi Jesuatis nuncupatis seu eorum congregationi et ipsa ecclesia transferatur in ipsos pauperes seu uniatur Monasterio sancti hillarii
Cremonensis sive congregationi dicti ordinis prout magis expediens visum fuerit et non aliter nec alio modo. Reservatis tamen eidem domino Johanni rectori toto tempore vite
sue fructibus redditibus et proventibus ac emolumentis ecclesie predicte et [illegible] ipsius ecclesie per ipsum dominum Johannem quo advixerit [illegible] et [illegible] et hoc toto tempore vite
sue. Et ea lege et conditione quod post mortem ipsius domini Johannis dicta ecclesia cum iuribus et pertinentiis suis et onere cure predicte remaneat prefatis dominis fratribus seu
pauperibus libere et pleno iure, quam curam ecclesie predicte successive facere exercere possint et debeant per aliquem dicte congregationis qui sit presbiter idoneus vel alium presbiterum
secularem seu regularem amovibilem ad eorum nutum et voluntatem. Et hec omnia cum clausulis et sollemnitatibus ac derogationibus debitis solitis et opportunis. Et
ad iurandum ad sancta dei evangelia tactis scripturis corporaliter in animam prefati domini Johannis constituentis quod huiusmodi cessionis resignationis et renunciationis pretextu non
intervenit nec intervenire debet aliquis dolus fraus symonia nec aliqua alia illicita labes pactio vel conventio. Et generaliter ad omnia alia et singula dicendum faciendum
exercendum et procurandum que necessaria fuerint et utilia in predictis et quolibet predictorum tam de consuetudine quam de iure, etiam si talia forent que mandatum exigerent magis speciale, et
que ipsemet constituens per se dicere facere et exercere posset si premissis adesset. Dans et concedens dictus constituens dictis procuratoribus suis et cuilibet eorum in solidum in premissis et
circa ea plenum liberum et generale mandatum et plenam liberam et generalem administrationem, et speciale et specialem ubi requiritur in hiis omnibus et singulis supradictis, et que
ad ipsa et quodlibet ipsorum quomodolibet spectant et pertinere noscuntur, tam de consuetudine quam de iure. Necnon promittens dictus constituens mihi notario infrascripto ut publice persone
stipulanti et recipienti nomine et vice omnium et singulorum quorum interest seu interesse poterit in futurum, ac iuravit super pectus suum, se semper et omni tempore firmum
ratum et gratum habere et tenere ac attendere et observare totum quicquid per dictos procuratores suos et quemlibet eorum in solidum in premissis et circa ea dictum factum et procuratum
fuerit atque gestum. Et dictum mandatum non revocare et non contrafacere nec contravenire sub ypotheca et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Ego Antonius de octomaffo civis Cremone, publicus imperiali auctoritate notarius ac de collegio notariorum dicte
civitatis, predictis interfui. Et hanc cartam rogatus tractavi et imbreviavi, ipsamque ad complendum et finiendum iussu
Cabrino de octomaffo notario dedi, et commisi. Et in testimonium premissorum me subscripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (162)

Ego Cabrinus de octomaffo civis Cremone publicus imperiali auctoritate notarius hanc cartam rogatam tractatam et imbreviatam per suprascriptum Antonium de
octomaffo notarium, de mandato consensu et iussu ipsius Antonii notarii suprascripti complevi et scripsi. Et in testimonium premissorum me subscripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1805201573-13/fragment/page=0003